



Testimonia s. patrum, quibus explicatur iamdiu multumque agitata ab haeresiophilis : quaestio, an, mali et indigni sumant verum corpus, & sanguinem Christi in Eucharistia?

<https://hdl.handle.net/1874/423839>

glc

TESTIMONIA S.
PATRVM, QVIBVS EX-
PLICATVR IAMDIV MVLTV Me
QVE AGITATA AB HAE
RESIOPHILIS

QVAESTIO:

an,

MALI ET INDIGNI SV-
mant verum corpus, & sanguinem
Christi in Eucharistia?

Collecta fidelissimè per
MARTINVM ROLAN-
dum Frisingensem.



TUBINGAE APVD VIDVAM
VLRICI MORHARDI,
ANNO M. D. LXI.

S. PATRVM NOMINA, E
QVORVM MONVMENTIS, COM-
munio malorum exponitur.

| | |
|-------------------|----------------|
| Andronicus Abbas. | Gratianus. |
| Augustinus. | Gregorius. |
| Bernhardus. | Hieronymus. |
| Basilius. | Hilarius. |
| Cassianus. | Isidorus. |
| Cyprianus. | Lanfrancus. |
| Cyrillus. | Lombardus. |
| Chrysostomus. | Origines. |
| Damascenus. | Paulus Apost. |
| Euthymius. | Serenus Abbas. |

MARTINI ROLANDI FRISINGEN-

SIS AD MICHAELEM ROLANDUM fratrem

landum fratrem

P R A E F A T I O.

EMO, QVEM FUGIAT, EST germane frater, quod de impiorum, malorumque communione quæstio à Schismaticis iam annis exercita multis, plurima scandala & dissidia peperit. Alij enim docuere, nec bonos, neq; malos uerum corpus & sanguinem Christi communicare in Eucharistia. Aliqui uero, bonos quidem communicare corpus ex sanguinem Christi, sed malos nihil, nisi panem & uinum, non corpus simul & sanguinem.

Nos autem antiquissimam & Apostolicam fidem confitentes, assensimus cum Apostolis & omnibus S. Patribus, tūm bonos tūm malos accipere uerum corpus & sanguinem Christi in Eucharistia: bonos quidem ad salutem, malos uero ad iudicium. Et quoniam hactenus ueram nullus et certissimam causam huius sententiam testimonij evidentissimis rectè confirmatam, ediderit, sed plenig; Philosophica potius ratione tractare negocium cœperint: usi uenit, ut cōplures doctiss. eius rei ambiguam conceperint mentem, ruidores uero labe pollutos attraxerint animos.

Huic nos malo (per Dei gratiam) mederi auentes, perscrutari summa cœpimus diligentia omnia, quæ nobis sunt, S. Patrum commentaria, & inde optima quæq; collegimus eorum uerba: & ad deturbandam ex Ecclesia Dei omnem de Malorum communione opinionem male imbibitam, exhibuimus.

Quo enim modo tam uarij errores, qui hodie sunt coorti, comprehendantur & tollantur, nisi eos reducamus ad antiquissimam & Ecclesiam Apostolicam, quæ ipsos examinet atq; iudicet? Audi, quæso, quid D. Irenæus Apostolorum ætate nobis reliquerit documenti, cum

A 2 ait:

P R A E F A T I O.

• ait: Ecclesia est ultæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt & la-
• trones: propter quod oportet deuilitare quidem illos, que autem sunt
• Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere & apprehendere ueritatis
• traditionē. Quid enim & si cui de aliqua modica questione disceptatio
• esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesiæ, in quibus
• Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti questione sumere quod
• certum est & re liquidum? Quid aut si nego Apostoli quidem scripturæ
• ras reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis,
• quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesiæ, cui ordinationi
• assentiant multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Christum credunt.

Nos uero certum huius questionis Eucharisticae sensum non ab A-
postolis modo accepimus: uerum etiam per traditionis ordinem & suc-
cessionem ab omnibus S. Patribus perdidicimus, que sit recta fides ad-
hibenda in communione cum bonorum tum malorum. Hæc cum ita
sint, non est quod nugis, quibus ludunt, Philosophicis, & falsorum fra-
trum adoleschijs acquiescamus: sed testimonij Sanctorum communiti
pace & fide uera ac Christiana uiuamus. Quod si fecerimus, Deus
omnis pacis nos ab omni heresi ac Schismate illatos et saluos co-
seruabit per Eucharistia Dominum & donum, I E S U M
Christum, cui honor in secula seculorum, Amen.

Vale, Tubingæ, 16. Februarij.

Anno 1561.

T E S T I

TESTIMONIA S.
PATRVM, QVIBVS EX-
PLICATVR IAM DIV MVLTVM
quæ agitata ab Hæresiophilis

Q V A E S T I O :

an,

*Mali & indigni sumant uerum corpus, & sanguinem
Christi in Eucharistia.*

COLLECTA PER MARTI-
num Rolandum Frisingensem.

PAVLVS APOSTOLVS

1. Corinth. 11.

Quicunqz manducauerit Panem , yelbi-
berit calicem Domini indignè , reus e-
rit corporis & sanguinis Domini. Et,
Qui manducat & bibit indignè , iudi-
cium sibi manducat & bibit , non diju-
dicans corpus Domini. Ideo inter vos
multi infirmi & imbecilles , & dormi-
unt multi.

S. AVGUSTINVS.

De Baptis. contra Donatist. Lib.5. Cap.8. Tom.7.



Iicut Iudas cui buccellam tradidit Domi. *Iude communio.*
nus, non malum accipiendo , sed male acci-
piendo locum in se Diabolo præbuit : Sic
indignè quisquis sumens dominicum Sa-

A 3 cramentum

M A L O R V M

Sacramentum in
malis non pollui-
tur.

Quale corpus ac-
cipiant mali.

Sancta & Sacra-
menta apud Hære-
ticos.

cramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit; aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini nichilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus: Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Non ergo querant in catholica hæretici, quod habent, sed quod non habent, id est, fidem præcepti charitatē, sine quo multa sancta haberi possunt, sed prodesse non possunt. Finis autem præcep-
tū, est charitas de corde puro, & conscientia bona, &
fide non ficta. Latueri uero Sacramentum, non vi ha-
beant, si iam eodem ipso, quamvis in hæresi, tincti sint,
sed ut salubriter habeant, ad catholicam unitatem veris-
tatemque festinent.

Idem. Tom. eodem lib. 9. contra Donatist. Fulgentium.

Quibusdam est odor mortis in mortem, quibusdam
vero odor vitae in vitam. Sicut enim qui manducat &
bibit sanguinem Domini, indignè iudicium sibi mandu-
cat & bibit: Sic & qui accipit Baptisma indignè, iudici-
um accipit non salutem. Nam & Iudas proditor ho-
num corpus, et Simon Magus bonū Baptisma Christi
percepit: Sed quia bono bene non sunt vti, mali male
vtendo deleti sunt. Bonum est Baptisma, bonum est
Christi sanguis & corpus, bona est & lex: sed si quis ea
legitime vitatur. Nec enim & quia foris est, diuina non
est: aut quia ab alienis habetur, aliena putabitur: aut
quia à malis iniuste tractatur, à nobis iuste damnabi-
tur.

Idem. Tom. 8. Enarrat. in Psal. 10.

Quid vobis fecit Christus, qui traditorem suum,
tanta patientia pertulit, vt ei primam Eucharistiam
confestam manibus suis & ore suo commendatam, si-
cuit

Iude communio.

Corpus & sanguis
Christi in alienis,
malis, aut foris exi-
stens, quale.

Iude communio.

et cæteris Apostolis tradere: Quid vobis fecit Christus, qui eundem traditorem suum, quem Diabolum non minauit, qui ante traditionem Domini sui nec loculis Dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum celorum misit: ut de mō: *Iudea prædicatio.* straret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quē accipiunt, qualis Iudas fuit.

Idem. Tom. 7. lib. 1. cont. Cresconium Grammat. cap. 25.

Quid de ipso corpore & sanguine Domini unico sa: *Sancta & diuina* crificio pro salute nostra, quamvis ipse Dominus dicat: *obsunt male uterū* Nisi quis manduauerit carnem meam, & biberit san: *tibus.* guinem meum, non habebit in se vitam: Nonne idem Apostolus docet, etiam hoc perniciosum male utentibus fieri, ait enim: Quicunq; manduauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Ecce quemadmodum obsunt diuina & sancta male utentibus.

Et. Contra Epist. Parmeniani, lib. 2. cap. 6. Tom. eod.

Vnum atq; idem Sacrificium propter nomen Domini Euch. *eadem &* mini, quod inuocatur, & semper sanctum est, tale cuiq; semper sancta. fit, quali corde ad accipendum accesserit. Quatenus Manducans indigne manducat & bilit indigne, iudicium sibi manducat & n̄e, sibi, non alijs bilit. Non ait alijs, sed sibi. Qui ergo manducat & bilit nocet. dignè, gratiam sibi manducat & bilit.

Idem. Tract. 6. cap. 1. in Ioan. Tom. 9.

Et sancta possunt obesse. In bonis enim Sancta *quomodo sancta* ad salutem insunt: in malis ad iudicium. Certè enim obsunt fratres nouimus quid accipiamus, & utiq; sanctum est quod accipimus, & nemo dicit, non est sanctum. Et quid ait Apostolus? Qui autem manducat & bilit in dignè, iudicium sibi manducat & bilit. Non ait quia illa res mala est: sed quia ille malus male accipiendo, ad iudicium

M A L O R V M

Iude quid datū sit. Iudicium accipit bonum, quod accipit. Num enim mala erat buccella, quæ tradita est Iudæ à Domino? Absit. Medicus non daret venenum: salutem Medicus dedit, sed indignè accipiendo ad perniciem accepit, quia non pacatus accepit.

Iude communio.

Idem. Tom. 2. lib. Epistolarum, Epist. 163.

Traditorem suum, qui iam pretium eius acceperat, usq; ad ultimum pacis osculum inter innocentēs secum esse percessus est. Quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominē & tamen primum Sacramētum corporis & sanguinis sui, nondum illo excluso, cōmuniter omnibus dedit.

*Expositio Cap. 6.
Ioan.*

Iudicium manducantes & bibentes, quid manducent & bibant.

Iude communio.

Corde factio manducantes, quid manducent.

De mansione in Christo per Euchariam.

Atq. Tom. 10. Sermo. 11. de uerbis Dom. in Math.
Illud quod ait: qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo: quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poterimus sibi manducent & bibant, cum ipsam carnem manducent & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri venditor & traditor impius, quamvis primum ipsum manibus eius confectum Sacramentum carnis & sanguinis eius cum ceteris discipulis, sicut apertius Lucas Euangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi deniq; quivel corde factio carnem illam manducant & sanguinem bibunt, vel cum manduauerint et biberint, apostate fiunt, nunquid manent in Christo, aut Christus in eis? Sed profectò est quidam modus manducandi illam carnem et bibendi illum sanguinem, quomodo qui manduauerit & biberit in Christo, manet & Christus in eo. Non ergo quocunq; modo quisquam manduauerit carnem Christi, manet in Christo, & in

& in illo Christus : sed certo quodam modo, quem modum utique ipse videbat, quando ista dicebat.

Et. Tom. 7. lib. 2. contra literas Petilianis, cap. 47.

Non dicunt ista, nisi qui de mensa Domini vitam sumunt, sicut Petrus, non iudicium sicut Iudas: & tamen iudeo communio ipsa (mensa Domini) utriusque una fuit, sed non utriusque valuit ad unum, quia ipsi non erant unum. Et:

Sacramentum idem

Non dicunt ista, nisi qui calicem Domini in vitam & unum cum bonis eternam mutata mente suscipiunt, non qui iudicium tum malis. sibi manducant & bibunt, sicut Apostolus ait, & tamen utriscum non unius calix ille unus est, inebrians ad capessenda coelestia Martyres, non ad funestanda precipitia Circumcelliones. Memeto ergo Sacramentis Dei nihil Malorum mores obesse mores malorum hominum, quod illa uel omnino non obsunt Sacra non sint, vel minus sancta sint: sed ipsis malis hominiis mentis. bus, ut haec habeant ad testimonium damnationis, non ad adiutorium sanitatis.

Idem. Tom. 9. tracta. 7. In Epist. Ioan.

Et habere Baptismum, & malus esse potest: habere Sancta, & Sacra prophetiam, & malus esse potest. Inuenimus Saulem menta omnia habens Regem habuisse prophetiam. Persequebatur sanctum regem, & malus esse Dauid, & impletus est Spiritu Prophetarum, & prophetarum potest. re coepit. Accipere Sacramentum corporis & sanguinis Domini, & malus esse potest: nam de talibus dictum est: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Habere nomen Christi, & malus esse potest, id est, Christianus vocari, & malus esse potest: de quibus dictum est: polluerunt nomen Dei sui Ergo habere Sacraenta ista omnia, & malus esse potest: habere autem charitatem, & malus esse non potest.

Idem August. Tom. 3. lib. de fide ad Petrum, cap. 43.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei Sacraenta communisse Ecclesiam catholicam, & intra eam usque ad finem tuae bonis & malis.

B seculi

M A L O R V M

seculi frumento mixtas paleas contineri, hoc est, bonis
malos Sacramentorum communione misceri.

Idem. August. Tom. 9. tract. 5. in cap. 1. Ioan.

Qui fuerit superbus minister, cum Zabulo compus-
tatur: sed non contaminatur donum Christi, quod per
illum fluit purum: quod per illum transit liquidum, ve-
nit ad fertilem terram. Puta quia ipse lapideus est, quia
ex aqua fructum ferre non potest. Per lapideum can-
nalem transit aqua ad areolas: in cannali lapideo nihil
generans, sed tamen hortis plurimum fructum affert.
Spiritalis enim virtus Sacramenti ita est ut lux: ab illu-
minandis pura excipitur, & si per immundos transeat,
non inquinatur.

Et. Tom. 7. de Baptis. contra Donat. lib. 7.

Salus propria est bonis, Sacra menta vero commu-
nia & bonis & malis.

Et libro contra Donatist. collat.

Cap. 6. tom. 7.

Non habent mali cum bonis consonantiam vitæ &
voluntatis. Quæ enim consonantia Christi ad Belial?
Non habent boni cum malis partem, nec in poena cri-
minis, nec in præmio pietatis. Quæ enim pars fidelium
cum infideli? Et cum intra eadem retia donec ad litus
perueniant, pariter diuina Sacra menta percipiunt, isti
sociantur, illi dissociantur: isti consonant, illi dissonant:
isti habent partem cum misericordia, illi cum iudicio:
quoniam misericordiam & iudicium caneat Ecclesia
Domino, & qui manducat indignè, iudicium sibi man-
ducat non alteri. De ipso quippe pane, & de ipsa Do-
minica manu, & Iudas partem, & Petrus accepit:
& tamen quæ societas, quæ consonantia, quæ pars Pe-
tro cum Iuda: quoniam nec causa causæ præiudicat, nec
persona personæ.

Idem

Sacra menta simul
boni & mali com-
municant.

Sacra menta simul
boni & mali com-
municant.

Iude & Petri com-
municio.

Idem August. Tom. eodem, de Baptif. contra Do-
natist. lib. 3. cap. 14.

Dicit Apostolus: Christo bonus odor sumus Deo
in omni loco: & tamen in his, qui salvi sunt, inquit, & in
his qui perierunt, alijs quidem odor vitæ in vitam, alijs
autem odor mortis in mortem. Quod etsi de alia re di-
xit, ad hoc ego posui, ut intelligatur aliquid bonum,
non solum vitam posse operari bene vtentibus, sed eti-
am mortem male vtentibus. Nec interest cum de Sa- Sacramenti integrati-
cramenti integritate & sanctitate tractatur, quid cre- tatem non minuit,
dat, & qualis fide imbutus sit ille qui accipit Sacramen- qualemcumq; fidem
tum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad habeat, qui accipit.
Sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim po-
test ut homo integrum habeat Sacramentum, & per-
uersam fidem: sicut fieri potest, ut integra teneat verba
Symboli: & tamen non recte credat, siue de ipsa Trini-
tate, siue de resurrectione, vel aliquid aliud.

Idem August. lib. Sent. c. 339. Et habetur de con-
secrat. dist. 2. c. Quid est.

Quid est Christum manducare? Non est hoc solum Manducare Chris-
in Sacramento corpus eius accipere: multi enim indig- tum quid.
nè accipiunt: sed in ipso manere, & habere ipsum in se Malí quomodo ac-
manentem. cipiant corpus
Christi, & quomo-
do boni.

P. L O M B A R D V S.

Qui uixit anno Domini 1120. lib. 4. dist. 9.
lit. b. sic dicit.

De errore quorundam, qui dicunt à bonis tantum
corpus Christi sumi.

Hæc verba & alia huiusmodi, vbi de spirituali manu Non tantum à bo-
ducione agitur, quidā obtuso corde legentes, erroris nis, sed etiam à ma-
calligine inuoluti sunt adeò, vt præsumperint dicere, lis sumitur corpus
Corpus & sanguis Christi à bonis tantum su= & sanguis Christi.

B 2 mi,

M A L O R V M

mi, & non à malis. Sed indubitanter tenendum
est, à bonis sumi non modo sacramentaliter, sed
& spiritualiter. A malis verò tantum sacramen-
taliter, id est, sub Sacramento, scilicet sub specie
visibili carnem Christi de virginis sumptam, &
sanguinem pro nobis fusum sumi; sed non my-
sticam, quæ tantum est bonorum. Quod subditis
probatur testimonij.

A bonis quomodo
sumatur.

A malis quomodo.

Gregorius.

Quomodo in malis
sit uera Christi caro
& sanguis.

Greg. Est quidem in peccatoribus & indignè sumenti
bus vera Christi caro & verus sanguis: sed essentia non
sit uera Christi caro salubri efficientia. Item, Augu. Multi indignè accipiunt
corpus Domini, de quibus Apost. ait: Qui manducat
& bibit calicem Domini indignè, iudicium sibi mandu-
cat & bibit. Per quod docemur: quām sit cauendum,
male accipere bonum. Ecce enim factum est malum,
dum male accipitur, bonum: sicut econtra, Apostolo
factum est bonum, cum accipitur malum, scilicet, dum
stimulus Satanæ patienter portatur. Ergo & mala pros-
sunt bonis, sicut angelus Satanæ Paulo. Et Sancta ob-
sunt malis, bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium.
Vnde qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi
manducat & bibit: non quia res illa mala est, sed quia
malus male accipit quod est bonum.

Idem. Indignè qui sumens corpus Christi non effi-
cit, ut quia malus est, malum sit quod accipit: vel quia
non ad salutem accipit, nihil accipiat. Corpus enim &
sanguis Domini nihilominus erat in illis, quibus ait A-
postolus: Qui manducat indignè &c.

His alijsq; pluribus aperte ostenditur, quod etiam à
malis verum corpus Christi & sanguis sumi-
tur, sed sacramentaliter, non spiritualiter,

Idem

Idem statim.

Secundum hos duos modos sumendi, intelligentia *Expositio contra quorundam verborum ambiguè dictorum distinguens riorum locorum* da est. Ait enim August. Bonus accipit Sacramen^{tum}, & rem Sacramenti, malus uero Sacramen^{tum} & non rem. *Sacramentū et res Sacramenti quid,*

Sacramentum hic dicit Corpus Christi proprium de virgine natum. Rem vero spiritualem Christi carnem. Bonus ergo utramque Christi carnem accipit. Malus vero tantum Sacramentum, id est, corpus Christi sub Sacramento, & non rem spiritualem. Item. Non manducans manducat, & manducans non manducat. Quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & est conuerso. Et qui manducant spiritualiter, veritatem carnis & sanguinis dicuntur sumere, quia ipsam efficientiam habent, id est, remissionem peccatorum &c. Constat ergo a bonis & a malis sumi corpus Christi, sed a bonis ad salutem, a malis ad *Differentia communionis honorum perniciem.*

Not. Ad hæc dicit Hierony. To. 9. Comment. ad i. cap. epist. ad Ephes. Dupliciter intelligitur caro Christi & sanguis, uel illa qua crucifixa est & sepulta: & sanguis, qui militis lancea effusus est: uel illa spiritualis, & diuina, de qua ipse ait: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Et nisi manducaueritis carnem meam, & bibatis sanguinem meum, non habetis uitam in uobis.

D. Bernhardus, multis præclarus miraculis, de modo
bene uiuendi ad sororem, sermo. 28.
communionis.

Quicunque manducauerit panem & biberit calicem *Expositio loci Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini Pauli ad Corinthi: id est, peccatum, & maculam contrahet sibi. Quare? Reus corporis*

B 5 Quia quid?

M A L O R V M

Iudicium quid?

S. Isidorus.

*Communionis max-
lorum effectus.*

*Manere in Christo
quid.*

*Carnem meam man-
ducare, & sangu-
inem meum bibere
quid.*

Nota.

*Sacramentum &
res Sacramenti
quid.*

*Boni & mali quid
accipiant in Eucha-*

Quia ad bonum n̄ale accedit. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Ac si diceret: Vnusquisq; consideret vitam suam, & emundet cor suum ab omni malitia, vt dignè possit accedere ad tam magnum Sacramentum. Quicunq; enim corpus & sanguinem Domini manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, scilicet causam suæ damnationis. Vnde etiam Beatus Isidorus ait: Qui in Ecclesia sceleratè viuunt, et communicare nō desinunt, putantes se tali communione à peccatis posse mundari: sciant hi tales ad emundationem sibi non proficere, dicente Propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit sclera multa, nunquam carnes sanctæ auferent à te malitias tuas: qui ergo corpus Christi vult accipere, prius studeat in Christi fide & dilectione manere. Hinc est quod ait Dominus in Euangeliō. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo, at si diceret: ille in me manet, qui in bonis operibus voluntatem meam implet. Alioquin nisi prius in me maneat per fidem & bonam operationem, & ego in eo, carnem meam manducare non potest, nec sanguinem bibere. Quid est ergo quod manducant homines? Ecce omnes frequenter Sacra menta altaris percipiunt planè: sed alius carnem Christi spiritualiter manducat, & sanguinem bibit: alius verò non, sed tantum Sacramentum, id est, Corpus Christi sub Sacramento, & non rem Sacramenti. Sacramentum hoc dicitur corpus Christi proprium de virginē natum, rem verò, spiritualem Christi carnem.

Bonus igitur accipit Sacramentum & rem Sacra menti: malus verò, quia manducat indignè, sicut Apostolus

stolis ait, iudicium manducat & bibit, non probans se prius, nec dijudicans corpus Domini.

Ergo quid manducat peccator & quid bibit, non vestigia carnem & sanguinem spiritualiter ad suam salutem, sed iudicium ad suam damnationem, licet videatur cum ceteris Sacramentum altaris percipere. Itaque alius accipit corpus Domini ad salutem, alius verò ad damnationem. Ille qui cum Iuda traditore corpus Domini accipit, cum Iuda condemnatur: qui cum Petro & ceteris ^{Iude & Petri} communio. fidelibus deuotè ac fideliter illud sumit, sine dubio cum Petro & ceteris Apostolis in corpore Christi sanctissimis catur.

Et statim,

Quidam in deserto eandem escam spiritualiter manducauere, & tamen mortui sunt: ita & nunc in Ecclesia Corpus Domini quibusdam corpus Domini est vita, quibusdam verò quibusuita, & qui est poena & supplicium peccati. Corpus Domini sine bus mors sit. dubio est vita illis, quibus Christus est vita; illis verò est mors, qui per culpam & ignorantiam atque negligentiam membra sunt diaboli.

Idem. In cena Domini Tom. i.

Hæc sunt fratres, quæ fidem necessariò exigunt, rationem omnino non admittunt. Expetunt similitudinem creditorem, arguant impium discussorem. Et ideo credi oportet simpliciter, quod investigari non potest utiliter. Hic est ille torrens, quem transuadere non potuit Heliseus. Nolite itaque, nolite quare, re quomodo fiat. Nolite iudicare utrum fiat. Nolite irreuerenter accedere, ne vobis ad mortem fiat. Deus enim est, & quamquam panis mysteria habeat, mutatur tamen in carnem. Deus & homo est, qui testatur panem veraciter fieri carnem suam. Vos electionis est, qui minatur iudicium, non dijudicant tam sanctam carnem. Id ipsum o Christiane de vino sentias, id honoris res in

Panis quid.

*Quid indigni non
djudicent.*

M A L O R V M

res in vino. Creator vini est, qui vinum prouehit in sanguinem Christi. Doctor gentium est, cuius assertione mortem bibit, bibens indignè sanguinem Christi.

Idem ibidem.

Audistis formam Sacramenti, audite efficaciam & communionem corporis & sanguinis Domini. Et nos Iesu Christo, & Iesus Christus nobis in vnitate foedera-
tur inenarrabili, sicut ipse dicit: Qui manducat carnem meam, & biberit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De bonis & dignis sumentibus hoc sentiendum est, non de flagitiolis & pessimis. Sanè in mensa vna, in cœna Domini, de uno pane consecrato, Petrus & Iudas accepit: bonus in vitam, pessimus in poenam. Bonus in beneficium, pessimus in testimonium. Bonus in salutem, pessimus in mortem. Quod totum vscq adhuc in Ecclesia compleetur in Sacramento altaris: bonis quidem in bonis sumentibus, canibus verò & immundis non sic. Canes sunt qui irreuerenter accedunt, & ideo iudicati abscedunt. Qui enim secundum carnem vivunt, & post carnalia euagantur, catena vitiorum compediti, cum Iuda proditore venenum accipiunt, spiritualis suspendij laqueum incurrit, grauissimè damnandi: tum pro multiplici reatu, tum pro Sacramenti contemptu, quod reuera accipiunt, sed essentia, non salubri efficacia. An non discernet inter glebas, qui discernit & inter stellas? Examinabit certè argentum, qui ipsum quoq aurum probauit & reprobauit. Ecce audistis fructum & utilitatem honorum, audistis etiam & expauistis (vt credo) ad perditionem malorum.

Et ibidem.

Tria in Eucharistia
obseruanda.

Tria quippe in Sacramento altaris attendere debes: speciem panis, veritatem carnis, virtutem gratiae spiritalis, vscq ad speciem panis, sensus pertingit exterior:
ad

ad veritatem carnis, fides interior: ad virtutem gratiae spiritualis, charitas superior. Speciem panis aliquando rodit sorex parvissimus, Christianus recipit etiam pes simus: virtutem gratiae spiritualis non nisi praedestinatus recipit. Quod itaque videmus, species est panis & visni. Quod autem sub specie illa credimus, verum corpus *sub specie panis* est, & verus Christi sanguis, quod pependit in cruce, quid & qui fluxit de latere. Comestio itaque sacramentalis, Corpus Christi quantum ad visibilem speciem, & quantum ad corpo Eucha. quid. ris Christi veritatem, conuenit bonis & malis communiter. Sed & alia comestio, honorum solummodo, quam mestio, per Dei gratiam, & per fidem ex dilectione operantem vitae efficit, & affectus mentium in cordibus percipientium vel ministrantium, intercedente spirituali & subtiliori quadam unione capitum & membrorum.

D. Hieronymus in agone mortis.

Tute manducantem, ut concedet, in te transmutas, Communionis uere ut tui participatione efficiatur Deus, nec tamen in illo usus. Ium transmutaris, velut alia corporea facit esca. Sed uæ, Indigne sumentium te indignè sumentibus. Certe ad sui peccatum & reatum poena. iterum te crucifigunt, non quod te dijudicet illa manducatio, quia imparsibilis & immortalis omnino es. Malorum manducatio non inquinat Christum.

Et. In dictis ac factis Patrum.

Narravit iterum idem senex de quodam Episcopo, Exemplum de communione maximè ex eo fiduciam capiamus, quam facilis sit munitione bonorum Deus ad veniam, si tantum nos poeniteat peccatorum. Nunciabatur igitur à quibusdam eidem Episcopo, inter fidelium turmas duas consistere mulieres, quæ abrupta seculi gradiendo impudicæ inuenirentur & viuerent. Episcopus autem ex his quæ ei nunc fata sunt, commotus, suspicatus est, ne forte & aliae huiusmodi essent: & ad deprecandum Deum se conuertit, certus inde rogans effici, quod & meruit. Post diuinam enim

M A L O R V M

illam atq; terribilem consecrationem , dum accederent singuli ad participandū sancti mysterij Sacra menta, per vultus eorum cernebat animas, quibus vnaquæcū sub iaceret peccatis. Et peccatorum quidem hominū vi debat facies nigras, quosdam vero tāquam ab æstu ex uitas facies habentes , oculos autem rubeos ac sanguineos. Iustos autem videbat claros aspectu, & candidos amictu. Et alij quidem dum acciperent corpus Domini, exurebantur & incendebantur : alij autem sicut lumen efficiebantur in se , & per os ingressum omne eos rum corpus illustrabat. Erant autem inter ipsos etiam, qui solitariam vitam elegerant, & hi qui in coniugijs erant, qui & ipsi ita esse videbantur. Deinde conuertit se & cœpt etiam mulieribus ipsa distribuere mysteria, ut cognosceret quales & ipsarum essent animæ , & vidit simili modo fieri nigras atq; rubeas facies earum, sanguineas quoq; & albas. Inter ipsas autem aduenerunt, & illæ duæ mulieres , quæ accusatae erant apud eum, propter quas maximè ad hanc precem & præudentiam venerat. Cernit autem ipsas, dum accedunt ad sanctum mysterium, clatum habentes vultum & honorificum, candida quoq; stola circumamictas. Deinde cum & ipse participatæ fuissent mysteria Christi, factæ sunt velut à lumine illustratæ.

Rursum Episcopus ad solitam se precem conuertebat, supplicans Deo , discere cupiens modum reuelationum quæ ei demonstratae fuerant. Astigit autem Angelus Domini , & de singulis interrogare præcipiebat. Episcopus vero sanctus continuò de illis duabus sciscitabatur mulieribus, si vera esset illa prima accusatio an falsa. At verò Angelus affirmabat omnia vera esse quæ dicta de eis erant. Episcopus quoq; ait ad Angelum: & quomodo in perceptione corporis Christi splendidae erant

erant facies earum , albam etiam stolam habebant , lumineçp fulgebant non paruo ? Ait autem ei Angelus . Eò quod pœnituerint de actibus suis .

Ait autem Episcopus ad Angelum . Obscuro te , dic mihi etiā vultū differentias , & quibus peccatis vnusquiscep eorum subiaceat , vt etiam de his cognoscens ab omni liberer ignorantia . Angelus autem dixit ad eum . Hi quidem qui splendido & hilari vultu sunt , in sobrietate & castitate & iusticia viuunt , modesti quoçp & condolentes atçp misericordes sunt . Hi verò qui nigras habent facies , fornicationis & libidinis operati sunt , cæterisçp sceleribus & delictis implicati . Hi verò qui apparuerunt sanguinei atçp rubei , in malignitate & iniusticia viuunt , & amantes detractiones , blasphemii , dolosi , & homicidæ sunt .

Origenes in Psal. 37.

Non times communicare corpus Christi , acce- Indignorum con-
dens ad Eucharistiam , quasi mundus & purus , quasi munio .
nihil in te sit indignum , & in his omnibus putas , quòd effugies iudicium Dei : Non recordaris illud quod scriptum est : Quia propterea in vobis infirmi & ægri , & dormiunt multi ! Quare multi infirmi ? Quoniam non seipso dijudicant , nec seipso examinant , nec intelligunt quid est , communicare Ecclesiæ , vel quid est accedere ad tanta & tam eximia Sacra menta .

Et Homil . 14 . in Leuit . cap . 23 .

Lex ista tibi proponitur , vt cum acceperis panem mysticum , in loco mundo manduces eum : hoc est , ne

C 2 in

M A L O R V M

in anima contaminata, & peccatis polluta, Dominici corporis Sacraenta percipias. Quicunq; enim manduauerit, inquit, panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem se unusquisq;, & tunc de pane manducet, & de calice bibat. Sancta enim Sanctorum sunt.

B. Cyprianus lib. 3. contra Iudeos.

Non indignè com-
municandum.

Cum timore & honore Eucharistiam accipiendam docet Moses, in Leuitico. Anima, inquiens, autem quæcunq; manduauerit ex carne sacrificij salutaris, quod est Domini, & immundicia eius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Item in Epist. ad Corinth. Quicunq; ederit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.

D. Chrysostomus, sermo. 3. in 1. cap. ad Ephes.

Malorum commu-
nicatio.

Multos video temere quomodo cunq;, & ex consuetudine magis quam legitime, aut consideratione ac mente: de corpore Christi participantes: si imminereret, inquiunt, sacræ Quadragesimæ tempus, si adesset Epiphaniorum dies, nulla habita ratione qualis sit, qui Mysteriorum se confortem facit. Atqui non tempus, accessus, non Epiphania, neq; Quadragesima dignos facit qui accedant, sed mentis sinceritas ac puritas. Cum illa semper accede, sine illa nunquam. Quotiescunq; si quis dem, inquit, hoc feceritis, mortem Domini annuntiatis, hoc est, memoriam facitis salutis, quæ pro vobis facta est, ac beneficij mei. Cogita, qui de oblatione veteris Testamenti participabant, quanta quæso vtebantur abstinentia: quid non agebant: quid non faciebant: omnino purgabantur. Tu vero oblationem accedens, quam & Angeli exhorrent, temporum circuitu rem tantam metiris: Et quomodo comparebis ante tribunal Christi, qui manibus ac labijs immundis ipsius audes

C O M M U N I O.

des contingere corpus? Et regem quidem nolles ore
tuo fœtido adosculari, regem verò cœli anima graueos
lenti oscularis? contumelia est res illa.

Idem. Hom. 61. ad pop. Antioch.

Quemadmodum cibus cum sit nutritius, si à crudo immundorum come-
sumatur, omnia perdit & corruptit, & fit morbi cau-
sa; ita scilicet & horrenda mysteria.

S. Basilius magnus, Archiepiscopus Cæsarien.
miraculis clarus.

In Tom. 1. lib. 1. cap. 3. de Baptis.

Non solum horrendam condemnationem habet is,
qui in inquinamento carnis & spiritus indignè ad san-
cta accedit: accedens autem reus fit corporis & sanguinis
Domini: sed etiam qui ociosè & inutiliter edit & bibit, Ociōsè & inutiliter
propterea quod non per memoriam Iesu Christi Do edere & bibere cor-
mini nostri, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, id pus & sanguinem
quod relatum est, seruat, nempe: Charitas Christi con Christi.
stringit nos. Et quæ sequuntur. Nam velut citra con-
scientiam & inutiliter tantum ac tale bonum irritum
faciens, & tanquam ingratè ad huiusmodi Mysterium
accedens, condemnationem ac iudicium habet neglig-
gentiae ac segnicie: quum Dominus etiam eos, qui os-
ciosum verbum emittunt, incondemnatos esse non si-
nat, imò condemnationem ocij vehementius declareret,
per eum qui talentum in ocio integrum seruavit. Et
Apostolus vobis tradiderit, quod etiam qui bonum
verbum profert, non autem ad fidei ædificationem di-
spensat, offendit Spiritum sanctum. Atq; hoc modo Quomodo indignè
considerare debemus iudicium eius, qui indignè edit edatur & bibatur.
ac bibit Si verò etiam is, qui fratrem propter cibum of-
fendit, à charitate excidit, sine qua & magnorum do-
norum, & iustificationum operationis nihil prosunt:

M A L O R V M

quidnam dixerit quis de eo , qui otiosè & inutiliter edere audet corpus , & bibere sanguinem Domini nostri Iesu Christi ; & propter hoc abundantius offendit Spiritum sanctum : atq; audet circa constringentem charitatem , ut iudicet non sibi pse vivere , sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit , I E S V Christo Domino nostro , edere & bibere ? Oportet ergo accedentem ad corpus & sanguinem Christi , in commemoratione ipsius , qui pro nobis mortuus est & resurrexit , non solum purum esse ab omni inquinamento carnis & spiritus , ut ne in iudicium edat & bibat : sed etiam evidenter ostendere memoriam eius , qui pro nobis mortuus est & resurrexit .

Idem lib. 2. de Baptif. Ques. 3.

Qui indignè edat
& bibat corpus &
sanguinem , & de
ponit eiusdem .

An periculo vacet , ut quis non purus ab omni inquinatione carnis & spiritus , edat corpus Domini & bibat sanguinem ? Responsio . Quum Deus in lege supremam pœnam constituerit contra eum , qui in immundicia audet contingere Sancta . Scriptum est enim figuratè quidem illis , ad nostram verò commonefactiōnē . Et locutus est Dominus ad Mosen , dic Aaron et filiis eius , & attendanti à sanctis filiorum Israël , & non contaminabunt nomen meum sanctum , quæcunq; ipsi sanctificant mihi , ego Dominus . Dic ipsis in familias ipsorum : Omnis homo qui accesserit ab omni semine vestro ad Sancta , quæcunq; sanctificauerint filij Israël Domino & immundicia ipsius in ipso , anima illa exterminabitur à facie mea , ego Dominus . Tales minæ propositæ sunt contra eos qui simpliciter accedunt ad ea , quæ ab hominibus sanctificata sunt . Quid verò quis dixerit contra eū qui in tantum ac tale Mysterium audet ? Quanto enim plus hic templo est , iuxta ipsam Domini

Quale corpus &

mini vocem , tanto grauius & horribilis in inquinali sanguis Christi in
mento animae audere contingere corpus Christi, quam dignè edatur & bi-
attgere arietes aut tauros. Sic enim Apostolus dixit: batur.

Quare qui ederit panem , & biberit poculum Domini
indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini, Vehementius autem , & simul horribilis proponit ac decla-
rat cōdemnationem per repetitionem, dum ait: Probet
autem unusquisq; seipsum, & sic ex pane hoc edat, & ex
poculo bibat: qui enim edit & bibit indigne, iudicium sis
biipsi edit & bibit, nō dijudicans corpus Domini. Si ves-
rō qui in sola immunditia est (immunditiae autē proprie-
tatem figuratē ex lege discimus) adeò horrendum habet
iudicium: quanto magis , qui in peccato est , & contra
corpus Christi audet, horrendum attrahet iudicium:

S. Hilarius in Psal. 127.

Anima nostra in hac vita corporali alenda est per pas-
hem, vinum, panem coelestem, quem obtinemus ab eo,
qui dixit: Ego sum panis vitæ: quem qui indigne, secun- Qualis panis su-
dum Apostoli mandatū acceperit, iudicium sibi acquirit, matur indigne.

Chrysostomus, in II. cap. I. Epist. ad Corinth.

Quemadmodum hi qui Christum eo tempore pun-
xerunt, non ut biberent eius sanguinem, sed ut effunde-
rent: idem sane facit, qui Christi sanguinem bibit in Indigne bibere san-
dignè, & nullum ex potu eius fructum recipit. guinem Christi quid,

Idem Homil. 61. ad populum.

Si cum puritate quidem accesseris, ad salutem acces-
fisti: si vero cum mala conscientia, ad poenam & vltio-
rem. Qui enim indigne manducat, iudicium sibi man- Indigne mandu-
ducat. Nam si ij, qui contaminant regiam purporam, si care quid.
militer puniuntur, sicut & isti, qui discindunt eam, non
est vero dissimile, quin ij , qui Domini corpus impura
mente suscipiunt, eandem vindictam subeant cum his,
qui clavis ipsis disciderunt.

Et

M A L O R V M

Et iterum ibidem.

Indignè manducare Quomodo Christi assistes tribunalis, scelestis manus
corpus Christi quid. bus & labijs ipsum corpus impetens?

Atq; in dictum Apostoli: Oportet esse hereses.

**Indignè sumentis
pœna.**

Disputauit multum de his, qui indignè cōmunicant
Mysterijs, eosq; reprehendit grauiter: & demonstra-
uit, quòd idem supplicium passuri essent, quod hi, qui
Christum occiderunt, si sanguinem eius & corpus sine
probatione & temere accipient.

Idem Homil. 83. in Matth.

**Indignè communi-
care quid.**

O cæxitatem proditoris, qui cum ineffabilibus mys-
terijs communicasset, idem permansit: & diuina mens
sa suscepimus, in melius commutari noluit. Quod Lucas
significauit, dicens: Quia post hoc Satanus introiuit in
eum, non quòd Dominicum corpus despiceret, sed quia
proditoris stoliditatem deridebat.

Et in cap. II. Epist. I. Corinth.

Iude communio.

Proditor cum Christo & cæteris discipulis discubuit:
Christus proditorem à coena non depulit: quin illi cibos
obtulit, & diuinorum munera participem effecit.

Ibidem de Indignis.

**Panis uitæ, id est,
caro quid indignis.**

Cum accipis panem uitæ, efficis opus mortis. Hæc
facis eo præsertim die, quo dignus es factus contingere
carnem eius lingua.

Homil. eadem in cap. 26. Matth.

**Excommunicatio
sumentium indignè.**

Quod si ipse (Diaconus) pellere non audes (malos
scilicet à communione) mihi dicas: non permittam ista
fieri. Animam prius tradam meam, quam Dominicum
corpus alicui indignè: & sanguinem meum potius ef-
fundì patiar, quam sacratissimum illum sanguinem,
præterquam digno concedam. Quod si quis venit cum
sordibus ignoranter, nulla culpa est vestra.

Theophilactus in cap. 6. Matth.

Corpus

Corpus Christi panis est supersubstantialis, cuius esse
se participes circa condemnationem precamur.

Et in 1. Corinth. 11.

Non secus qui id (corpus & sanguinem Christi) indig-
nè sumpserit, sceleri erit obstrictus, quam si sanguinem
ipsum Domini fuderit.

Cyprianus in Sermo de lapsis.

A Diaboli aris reuertentes ad sanctum Domini sor-
didis & infectis nido manibus accedunt. Mortiferos
Idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantes, etis-
amnum scelus suum faucibus, & funesta redolentibus,
Domini corpus inuadunt.

Spretis his omnibus atq[ue] contemptis, vis infertur
corpori eius & sanguini eius. Plus modò in Dominum *Indignè sumero*
manibus atq[ue] ore delinquent, quam cum Dominum quid.
negauerunt. Iacens stantibus & integris vulneratus
minatur, & quod non statim Domini corpus inquinat
tis manibus accipiat, aut ore polluto Domini sanguis
nem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur.

D. Cyrillus. Tom. 1. lib. 4. in Euan. Ioan. cap. 17.

Recte scriptum esse non ignoramus, iudicium sibi
comedere atq[ue] bibere illum, qui de pane comedit, & de
calice bibit indignè. Ego igitur probo meipsum, & ini- *Indignus qui.*
dignum inuenio. Quando igitur, quicunq[ue] tu es, qui
ista dicas, dignus eris: quando te ipsum Christo offeres?
Nam si peccando indignus es, & peccare non desinis.
Quis enim delicta intelligit (secundum Psalmistam)
expers omnino eris viuificæ huius sanctificationis.

Lanfrancus Episcopus Canthuarien. uixit anno 1100. is in lib.

de Sacram. Eucharist. contra Bereng. inquit.

Est quidem etiam in peccatoribus & indignè sumen- *Quomodo in pec-
tibus vera Christi caro, verusq[ue] sanguis, sed essentia nō catoribus ex indig-
salubri efficientia. Huius rei testis est beatus Augusti-*
nus sit uera Christi

D nus caro ex sanguis.

M A L O R V M

Vide communio.

nus in quinto libro de Baptismo dicens : Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo locum in se Diabolo præbuit: sic indignè quisq; sumens Dominicum sacramentum, non efficit, vt quia ipse malus est, malum sit: aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & sanguis Domini, nihilominus erat etiam eis, quibus dicebat A postolus : Qui enim manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit,

Euthymius miraculis clarus, parte 2. tit. 21. ubi recenset uerba Io. Damasceni.

Damascenus.

Indignorum pœna.

Panis & vinum an figura.

Illis qui incredulitate & indignè suscipiunt, in supplicium & pœnam, quemadmodum & Domini mors credentibus est vita & immortalitas ad fruendam beatitudinem sempiternam, incredulis autem & Domini intersectoribus cruciatus et supplicium sempiternū. Non est figura panis & vinum corporis Christi: absit. Sed ipsum Domini corpus diuinitate affectum. Cum ipse Dominus dicat, Hoc est corpus meum, non autem figura mei corporis.

Et statim.

Si aurum adulterinum deprehendat (scilicet corpus Christi) inflammationis censura illud purgat, ne in fusto seculo cum mundo damnemur. Curat enim morbos, & genus omne calamitatum. Ut Dicit A postolus, si nos ipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino, corripimur, ne cū mundo damnemur. Itaq; qui sumit corpus & sanguinem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit.

Gratianus autor Decreti. dist. 2. c. sicut Iudas, de consecr.

Et qui indignè accipit, corpus Christi accipit. Sicut Iudas cui buccellam tradendo, scilicet bonum male accipiendo locum præbuit diabolo: Sic intellige quisq; sumens

mens corpus Christi, non efficit ut quia malus est, mas-
sum sit. Aut quia non ad salutem accipit, nihil accepit.
Corpus enim & sanguis Domini nihilominus in illis
erat, quibus dicebat Apost. qui manducat indignè &c.

Cassianus. De collat. Patrum, collat. 7. quæ est

Abbatis Sereni, cap. 30.

Serenus Abbas.

Communionem verò eis, qui spiritibus vexantur *An Dæmonis imma-*
immundis, sacrosanctam à senioribus nostris nunquam mundis dari posse
meminimus interdictam: quinimò si possibile esset, eti- *corpus & sanguis*
am quotidie eis impartiri eam debere censebant. Nec Christi,
enim secundum Euangeliū sententiam (quām incon-
gruē huic sensui coaptatis) nolite sanctum dare cani-
bus, ad dæmonis escam sacrosancta communio, & non
potius ad purgationem ac tutelam corporis animaq;
peruenire credenda est. Quæ ab homine percepta, eum
qui in membris eius insidet spiritum, seu in ipsis latitare
conatur, velut quodam exurens fugat incendio. Hoc
namq; modo, curatum & Abbatē Andronicum nu-
per aspeximus, aliosq; complures. Magis enim ac mas-
gis inimicus insultabit offenso, cum eum à cœlesti Mes-
dicina viderit segregatum, tantoq; durius ac frequen-
tius ipsum attentabit, quantò eum à spirituali remedio
longius senserit abdicatum.

C O N F V T A T I O A R G V.

mentorum, quibus ad suos defen-
dendos errores vtuntur

Schismatici.

Confirmata iam firmiss. S. Patrum testimonij recta
de malorum cōmunione fide; superest ut Schismatico-
rum argumenta, quibus antiquū Ecclesiæ dogma refu-
tare conantur, quām potest fieri breuissimè diluamus.

I. A R G V M E N T V M.

D 2 Quicunq;

M A L O R V M

Quicunque sumunt tantum Sacramentum & nō rem Sacramenti , non sumunt corpus Christi: (Res enim Sacramenti est corpus Christi).

Mali sumunt (iuxta August) Sacramentum, sed non rem Sacramenti.

Ergo: Non sumunt corpus Christi.

R E S P O N S I O .

Inuertimus hoc & probamus contrarium.

Qui sumit Sacramentum & non rem, sumit verum corpus Christi (Sacramentum est corpus Christi : res Sacramenti, fructus, gratia, salus, vita , & planē illa caro de qua loquitur Ioan.6.

Mali sumunt Sacramentum & non rem:

Ergo. Sumunt verum corpus Christi,

Maiores confirmat D. Augustinus de blasphemia in Spiritum sanctum, sic dicens. Sacramentum est corpus Christi proprium de virgine sumptum.

Et D. Bernhardus: Malus tantum accipit Sacramentum, id est, corpus Christi sub Sacramento, & non rem Sacramenti. Sacramentum hoc dicitur corpus Christi proprium de virgine natum: res verò spiritualis Christi caro, qua replemunt omni benedictione et gratia qua Iesus Christus nobis in unitate foederatur inenarrabiliter, sicut ipse dicit : Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. De bonis & dignis sumentibus hoc sentiendum est, non de flagitiis & pessimis. Sumunt ergo mali communione Sacramenti verum Christi corpus & sanguinem , de quo locutus est in coena ad Apostolos. Non sumunt autem carnem illam spiritualem, id est, spirituales fructus carnis, de qua dixerat Ioan.6. logante cœnæ institutione.

Tom. 2. de modo

bene uiuendi ad for-

ser. 28.

Tom 1. ser. 1. in fe-

stio S. pasche.

Tract. 59. in Ioan.

Augustinus inquit : Iudas accepit panem Domini, contra Dominum: Apostoli autem panem Dominum.

Ergo:

Ergo: Non verum corpus Christi accepit Iudas.

RESPONSI O.

Loquitur hic Augustinus de duplice mandatione,
Sacramento scilicet seu Eucharistica, & illa spirituali,
Ioan. 6. Sacramentalem intelligit per panem Domini:
Spiritalem, per panem Dominum. Quid autem in Eu-
charistia sit panis Domini, audi ab eodem S. Patre di-
cente: Dominus vocat panem corpus suum: Irenæ.lib. Lib. 7. de baptis.
4.cap.44. Panis Domini, in quo gratiae actæ sunt, cor, contra Donatist.
pus est Domini. Ambrosio lib. 4. de Sacramen. cap. 4. Panis Domini quid.
Panis est corpus Christi & Domini. Hieronymo ad
Hedibiam: Panis quem fregit Dominus, deditq; disci-
pulis suis, est corpus Domini saluatoris. Theophylacto
in 26. Matth. Panis, qui sanctificatur in altari, est cor-
pus Domini, et non figura, Idem de pane Domini apud
reliquos Patres inuenimus. Vnde certò scimus panem
Domini, esse corpus Domini. Ergo Iudas sumendo pa-
nem Domini sumpsit corpus Domini.

Quid autem illud? Iudas non accepit panem Domini: Panis Dominus
num. Diximus mandationem hic intelligi, quæ Ioan. quid.
6. tractatur, & solùm bonis tribuitur ex Christi & oms-
nium Patrum sententia. Nam ibi ait Christus & Do-
minus: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendí, ut si
quis manducaverit ex hoc pane, non morietur, sed vi-
uat in æternum. Hoc tantum in dignis & bonis imple-
tur. Ergo mali cum Iuda hunc panem Dominum non
manducant. Ad hoc concinit D. Augustinus: Christus To. 10. de uerbis
est panis viuus. Et, Qui manducat carnem meam, & Domini ser. 15.
bibit sanguinem meū, in me manet & ego in illo. Hoc To. 9. in Ioan. tr. 4.
est ergo manducare illam escam et illum bibere potum, Et. 26. cap. 6.
in Christo manere, & illum manentem in se habere. Et
iterum. Quid est manducare corpus Christi? non est
hoc solum in Sacramento corpus eius accipere, multi
D. 3 enim

M A L O R V M .

enim indignè accipiunt; sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentem.

Et de ciuitate Dei: Qui manducat carnem meam & babit sanguinem meū, in me manet & ego in eo: ostendit quid sit nō sacramentotinus, sed reuera corpus Christi manducare & eius sanguinē bibere: hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat & Christus.

Huic consonat dictum D. Bernhardi: Qui manducat carnem meam & babit sanguinem meū, in me manet & ego in eo. De bonis & dignè sumentibus hoc sensendum est, non de flagitiis & pessimis. Sanè in mensa vna, in cœna Domini de uno pane consecrato Petrus & Iudas accepit, bonus in vitam, pessimus in pœnam: bonus in salutem, pessimus in mortem.

Tract. 59. in Ioan. Ad eundem modū ipse August. explicat: Apostoli manducabant panem Dominum i.e. vitam: Iudas uero panem Domini, i.e. pœnam. Qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat. Quibus verbis nihil aliud, nisi utriusq; manducationis fructum discernit.

Manducare panem Dominum quid, secundum patres. Manducauit ergo Iudas panem Domini, hoc est, corpus Domini in Eucharistia: non manducauit autem eum panem, de quo dicitur Ioan. 6. qui panis est Dominus, id est, iuxta August. non mansit in Christo, iuxta Bernardum, Non manducauit spiritualiter ad salutē & vitam, secundum Chrysost. Non in melius commutatus est, & ex manducatione nullum percepit fructum. Hoc enim modo manducatur panis Dominus. Sed de his superiori parte plura, iam perstringamus reliquum.

III. ARGUMENTVM.

Vbi promissio, ibi fides (sunt enim Correlativa)

Mali autem non habent fidem.

Ergo: Nec promissionem, scilicet corporis & sanguinis Christi in cœna.

RESPONSIO.

Primo.

Primo, his philosophastris respondeat S. August. in *Communicator p̄*
lib. cont. Donatist., vbi ita inquit: Non interest cū de Sa- uerse fidei.
 cramenti integritate & sanctitate tractatur, quid cre-
 dat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacra-
 mentum. Interest quidem plurimū ad salutis viam, sed ad Sa-
 cramenti quæstionem nihil interest. Fieri enim potest,
 ut homo integrum habeat Sacramentū, & peruersam
 fidem: sicut fieri potest, ut integra teneat verba simboli,
 & tamen non recte credat, siue de ipsa Trinitate siue de
 resurrectione, vel aliquid aliud. Secundo respondeat *Malorum Christia-*
mus & nos ad minorē propositionem, & concedimus, *norum fides que-*
malos quidem non habere fidem illam iustificantem, de
 qua Paulus: Valet in Christo fides, qua per charitatem
 operatur; nullius autē capaces esse fidei, qua possunt cre-
 dere eam promissionem, qua de hic agimus, recte nega-
 mus. Quid enim promissum est à Christo in coena san-
 non accipientibus & comedentibus, corpus & sanguis?
 Verba enim uero Christi promittentia sunt illa: Acci-
 pite, comedite, hoc est corpus meum: Accipite, bibite,
 hic est sanguis meus. Quæ promissio non ad bonos so-
 lum Apostolos est facta, verum ad Iudam etiam malū
 & indignum: quem fidem, qua prædicauit, & baptiza-
 uit, habuisse, nemo inficias ibit.

Sed adducamus saltem pauca quædā ex Patribus de *fide malorum.*
fide malorum. Augu. li. 2. cont. literas Petilia. ca. 77. Nō
 prodest hominibus, quamuis in eis sint vel Sacraenta
 vel fides, vbi charitas non est. Charitas enim christiana
 nisi in unitate Ecclesiæ non potest custodiri; atq; ita vi-
 deatis sine illa nihil vos esse, & si Baptismum, & si fidem
 teneatis, & per illam etiam montes transferre possitis.
 Quod si hęc & vestra sententia est, nō in vobis detestes-
 mur & exufflemus vel Dei sacramenta, quæ nouimus,
 vel ipsam fidem, sed teneamus charitatem, sine qua &
 cum Sacramentis & cum fide nihil sumus.

Et

M A L O R V M

Sacra menta qualia
apud Hæreticos.
Fides Hæreticorū.

Quæ Fides non
profit.

Et tractatuſ. In Ioan. cap. i. Inquies (Donat hære-
tice) Habeo Sacramentum. Verum dicens. Sacramentū
diuinum est, habes Baptisma, & ego confiteor. Sed quid
dicit Apostolus? Si sciero omnia Sacra menta, & habue-
ro prophetiam & omnem fidem, ita ut montes transfe-
ram: ne forte & hoc dices, Credidi, sufficit mihi. Sed
quid dicit Iacobus? Et Daemones credunt & contremi-
scunt. Magna est fides, sed nihil prodest, si non habeat
charitatem. D. Bernhardus non absimilia loquitur, que
sunt: In Sacramento altaris ad speciem panis, sensus per-
tingit exterior, ad veritatem carnis, fides interior, quæ
sub specie illa credit verum corpus & verum sanguinē
Christi, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere.
Comestio itaq; Sacramentalis, quantum ad visibilēm
speciem, & quantum ad corporis Christi veritatem,
conuenit bonis & malis.

Si veritas corporis Christi conuenit etiam malis.

Et veritas corporis Christi pertingit (ut dixit) fi-
de. Ergo: Fidem habent mali, qua scilicet pertingunt
ad promissum corpus Christi & sanguinem.

His alijq; compluribus autoritatibus docemur non
solum in malis esse diuina & integra Sacra menta, cor-
pus & sanguinem Christi, sed etiam fidem, qua hoc cre-
dunt, qua montes transferri possunt &c. Sed quid plus
ribus de Malorum fide, quam scimus non facere irritā
corporis sanguinisq; Christi veritatem in ijs, qui qualis
cunq; (iuxta D. August.) fide istis communicant.

III. A R G U M E N T V M.

Patres dicunt, malos non manducare carnem Chri-
sti & bibere eius sanguinem.

Ergo falso ponitur contrarium.

R E S P O N S I O.

Ineptè vniuersalis Patrum synodus concluditur ex
duobus

duobus aut tribus. Schismaticus quidam peruersus cū contra receptam in S. Ecclesia opinionem de communione malorum disceptaret , nullos pro causa sua inuenit patronos, præter duos aut tres , quos tamen corrupit, & nothos ad testimonium perhibendum produxit: quia nobis patrocinio suo astant, non isti. Nam vbi omnes illi patroni loquuntur de communione Ioan. & quæ propria est bonis, iste corruptor sine distinctione detor sit ad sacramentalem tantum & malorū manducationē.

Sed pro huius argumenti, & aliorum, quæ hinc astrui possent, intellectu, diligenter obseruanda erit, quam in priori huius tractatus parte audiuimus, distinctio (quæ faciunt ipsi Patres) duplicitis manducationis , videlicet Spiritualis & bonorum solum propria, hæc habetur Ioan. & ante Sacramentalem , atq; Sacramentalis , communis cum bonis tum malis, hæc post spiritualem illam instituitur in cœna.

Sacramentali adiungunt Patres spiritualem illam, idq; in sola bonorum & dignorum communione : Sacramentalem verò sine spirituali illa malis duntaxat cōpetere docent.

Detur ergo talis Regula.

REGVL A P A T R V M.

Vbicunq; Patres negarint , Malos carnem seu corpus Christi manducare & sanguinem eius bibere , ibi loquuntur distinctè, ac de manducatione bonis propria atq; spirituali, quæ est Ioan. & cuius non sunt participes mali & indigni.

Id autem tum obseruabitur : cum meminerint verborum Christi, quæ sunt Ioan. & de manducatione carnis & potu sanguinis Christi.

Hanc S. Patrum, non meam, regulam , qui obseruat, deprehenderet, quām falsò, corruptè & impiè Schismatici

E matici

M A L O R V M

matici detorqueant ad suam causam D. Patrum dicta;
deinde nouerit ista omnia recte diluere, & pro se con-
tra istos Patrophthoros assumere.

Exempli gratia adducamus unum solummodo
dictum eorum, quae Schismaticus ille inique conges-
sit; videbitur Regulæ præscriptæ usus, & eius hominis
peruersitas.

Hieronymus in Esaiam. Omnes voluptatis magis
amatores quam Dei, non comedunt carnem Iesu, nec
bibunt sanguinem eius, de quo ipse loquitur: Qui co-
medit carnem meam & bibit meum sanguinem, habet
vitam æternam.

Vides hic D. Hieronymum mentionem facere ver-
borum Christi, Ioan. 6. Ergo iuxta Regulam datam,
loquitur de mandatione Spirituali & bonis propria,
non de Sacramentali. Hoc modo dignoscenda sunt &
reliqua,

F O R M U L A P R E C A N D I ,

ad Eucharistiam accendentium: collecta ex B. Hie-
ronymo, D. Ambrosio, & S. Augustino.

Verba sunt Hiero-
nymi de agone
mortis.

Christus ubiq. est.

Panis Eucharistie
quid.

A ve panis uite, qui de celo descendisti, danste dignè sumentibus
uitam. Quomodo pie I E S V, tu, cuius tanta est magnificencia,
ut nulla queat explicare creatura, quem cœli, mare & omnia, quæ eius
ambitu continentur, capere non possunt: quidem totus ubiq; locorum
præsens es, nec intus inclusus, nec extra exclusus, idem in celo ad pa-
triæ dextram omnium supernorum ciuiuum beatitudine & gloria, qui tue
celstudini speciem contemplantur, idem in terra pugillo ipsam con-
tinens & concludens, idem in mari & abyssi ad nutum regens omnia
& conseruans, idem in inferno potenter dominans, sub tanta panis
breuitate contineris, non particulariter, sed integrè & perfectè ac
inseparabiliter. O ineffabilis admiratio. O omnium nouitatum noui-
tas. Oculi in te uident albedinem, saporem, sentit gustus, odorem olfa-
ctus,

Etus, tactusq; subtilitatem reperit. Sed auditus cordi representat, in te illa non fore accidentia. Hinc certè per se sola existunt accidentia si ne subiecto. Quia non ut humanis sensibus uidetur, panis es, sed IESVS Christus integer, sicut in celo ad Patris dextram resides Deus & homo. O magnum & inscrutabile Mysterium. Panis accidentia franguntur per partes, & tamen in qualibet permanes particula, totus & integer Christus, sicut eras antea.

O humanorum sensuum illusio. Franguntur illa, que humanis sensibus in te uidentur accidentia, & tamen nec frangeris, nec corrumperis. Te dentes uidentur masticare ueluti materialem panem, & tamen nunquam masticaris. O nobile coniuinum, in quo sub panis & uini specie totus Christus Deus & homo sumitur, & ita totus in specie panis, & quilibet eius particula, & in uini specie simul. Nam totus per se= etus & integer Christus, sub panis specie, & sub qualibet quantumcumq; ne recte sumi dici= minima continetur particula: & idem totus in uini specie, & in qual= tur Christus. cunq; gutta permanet. O esca mirabilis & stupenda, delectabilis et iucunda, tutissima & super omnia peroptanda. O esca sacratissima, quam uerè comedens Deus efficitur, liberatur à malis, impletur bonis, & immortalis indubitanter efficitur. O sacrum peregrinationis nostræ uiaticum, quo de hoc nequam seculo peruenitur ad coelestis Hierusalem consortium. O comedio delicatissima, in qua omnis sa= poris & odoris est suauitas, omne delectamentum, omnis medicina, omnis sustentatio, & omnis requies à labore, nec non & omne quod desiderari potest. O signū dilectionis inopinabilis, ut idem sit dator, quod datum, & dominator idem sit, quod ipsum donum. O ferculū excellentiss. uenerandum, colendum, adorandum, glorificandum et am= plectendum, omnibus extollendum laudibus, exultandum cunctis pre= conijs.

Quanta Domine I E S V Christe cordis contritione, & lachryma= rum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis castitate & animi puritate illud diuinum & cœlesti sacrificium est celebrandū: ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur: ubi summa imis iunguntur: ubi adest præsentia sanctorum Angelorum: ubi tu es sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus. Quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem

MALORVM COMMVNIO.

dignum. Scio et uerè scio, et ipsum pietati tua confiteor, quia non sum dignus accedere ad Mysterium tantū propter nimia peccata mea, et infinitas negligentias meas. Sed scio ueraciter, et credo ex toto corde, et ore confiteor, quia potes me facere dignū, qui solus potes mundum facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus facere iustos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, ut concedas mihi peccatori ad hoc cœleste sacrificium accedere cum timore et tremore, cum cordis puritate et lachrymarum fonte, cu leticia spirituali et cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ presentie tue, et excubias sanctorum Angelorum tuorum in circuitu meo. Des mihi Domine, uirtutes tuas sanctas, quibus repletus bona conscientia ad Altare tuum accedam, ita ut haec cœlestia Sacra menta efficiantur mihi salus et uita.

Sacramentorum effectus.

Sunt uerba D. Au-
gust. lib. Manua.
cap. 11.

Communionis effec-
tus.

Verba Hieronymi
in agone mortis.

Verba Ambrosij
precat. 1. præpara-
ad Miß.


Communionis effec-
tus.

Dulcis Christe, bone Iesu, lumen æternum et indeficiens, panis uite, qui nos reficis, et in te non deficit, quotidianè comederis, et semper integer manes, resplende mihi, accende me, illumina et sanctifica uas tuū, de malitia euacula, imple de gratia, et plenum conserua, ut ad salutem animæ, manducem cibum carnis tue, quatenus manducandote, uiuam de te, uiuam per te, perueniam ad te et repause in te.

Eia ergo fidelis anima, gaude, epulare, ne moreris, his pascendi-
tibus, ne pigriteris hoc frui conuiuio, in quo non carnes hircorum aut
taurorum, ut olim in Lege, sed salvatoris tui corpus sumendum propo-
nitur.

O sancte panis, panis uiue, panis pulcher, panis monde, qui descendisti de celo, et das uitam mundo, ueni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sanctifica me intus et exterius. Esto tutamen et perpetua salus corporis et animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi. Hostes rece-
dant procul a presentia tua, ut foris et intus per te munitus recto tra-
mite perueniam ad tuum Regnum, ubi non Mysterijs sicut in hoc tem-
pore agitur, sed facie ad faciem te uidebimus, qui cum Deo Patre et
spiritu sancto uiuis et regnas per omnia seculorum, Amen.

Finis Gnomologie S. Patrum, collate in Dei laudem, pio-
rum salutem, et schismaticorum confusionem.



Ligatnins p

प्रदीपात्मा विश्वास के द्वारा लिखी गई यह एक अत्यन्त अचूक और अमानवीय कहानी है। इसमें जीवन की संतुष्टि, धृति और उत्तमता का अध्ययन किया जाता है।

१५८
प्राणी विद्युत का उत्तरार्थ विद्युत का उत्तरार्थ विद्युत का उत्तरार्थ

